

iuste acquisitis nobis in aliquo decimare, teneantur astricti, Per presens scriptum. tam post futuris. quam nunc presentibus omnibus innotescat, quod cum ciuibus enecopie taliter conuenimus, vt nobis in signum decimarum, ex melioribus curiis eiusdem ville annuatim decem denarii. & ex minoribus. quinque, ex hospitibus vero ibidem residenciam hÿemalem facientibus. III:or. tantum denarii persoluantur. Ne autem hoc in multorum audientia tam stabiliter institutum, a quoquam aliquatenus infringatur, Ad hujus facti confirmacionem Presentem litteram sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum. Munzø. Anno. domini. M°.CC°.L°.III°. Kal. Marcii.

377.

1250 d. 11 Jun.

Gudhem.

Drottning CATHARINAS gåfvobref på en del af dess fasta och lösa egendom till Gudhems kloster.

A. 3. å. 1: 3. *)

Katerina dei gracia Regina swechorum. Omnibus presens scriptum uisuris uel auditoris. In perpetuum. Cum in rebus transitorijs & caducis nichil reperiatur stabile uel securum. & fortune euentus frequenter soleant lamentabiliter variarj. ut plerumque qui labentibus inherent ardentius, cursu precipitj & jnopinabili dilabantur. quod facile perpenditur discrecionis oculo jntuentj. quod & nos in libro experientie flebiliter legere possumus, utpote dulcissimi domini nostri regis solatjo jnconsolabiliter destitute. Attendentes jtaque unum esse necessarium cum maria. marthamque sollicitudinibus uarijs periturbarj. frugem nobis uite eligimus melioris. & ad partem conuertimur que minime auferetur. Sano igitur corpore & incolumj existentes. & de bonis nostris pro beneplacito disponendj habentes liberam facultatem Ex consilio Nobilis dominj. B. 1) ducis swechorum & venerabilis dominj. L. 2) scarensis episcopi. & dilectj patruj nostri dominj. H. 3) & aliorum quam plurium amicorum, nostrum decreuimus condere testamentum. Nouerint proinde tam posterj quam presentes. quod spe immarcessibilis glorie, mundanas diuicias contempnentes. damus claustro de Guthem. Thwlshamar 4) & Withem cum suis attinencijs. Lindhø, unam dimidiam alteram uero totam. Slacu cum terra jn Kind. Nvcopiam, quicquid nobis ibidem attinet cum testimonio discretorum. & jn westgocja quicquid in mobilibus. siue jn immobilibus possidemus. Addentes jnsuper hac condicione jn dacia partem nostram, ut prouentus ex illis possessionibus prodeuntes, jn edificacionem claustri & monasterij erogentur. Strand domini Rørici filijs conferimus. & domini johannis angeli filijs

**) Finnes ock i vidimation af Ärke-Bisk. Olof i Upsala d. 6 Febr. 1320. A. 3. å. 2: 24, och af K. MAGNUS ERICSSON d. 7 Mars 1323 A. 3. å. 1: 18 med nedanstående olikheter.

1) Byrgeri 2) Laurencii 3) Hulmgeri 4) thulshamar (Tylhamar på frånsidan af å. 2: 24).

Lvndbv & terram de qua dimidia marcha denariorum soluitur annuatim. Dilecto patruo nostro. Domino. H. Tyfth cum attinencijs suis damus. Dilecte uero sororj nostre domine. B. relinquimus suthercopiam cum suis attinencijs & omnes possessiones & predia que dominus Suno emerat pater noster. Porro predia in Grænnum & Rugbiarger. Ljunbv. Siringj. Høtofter. Kilum. Kilhambrar. ad distribuendum religionibus reseruamus. Cetera autem mobilia & quecumque nobis ex parte dominj Regis attinent reseruamus in pias causas & elemosinas secundum domini ducis. & dominj skarensis. & dominj. H. consilium eroganda. Vt ergo ista omnia supradicta stabilem habeant firmitatem, Hanc nostram donacionem sigilli dominj regis. W. & dominj ducis. & dominj Scarensis. & dominj H. patruj nostrj testimonio duximus roborandam. Quicumque autem hanc nostram ordinacionem attemptauerit reuocare uel ei ausu temerario contraire. Offensam omnipotentis dei & beate uirginis se nouerit jncurrisse. Datum apud Guthem Anno dominj. M°.CC°. L°.III°. Idus Junij.

Sigillen: N:o 1—5 bortfallna, men silkestrådarna qvar; af N:o 6 ett stycke qvar.

378.

1250 d 22 Sept *)

Boberg.

Konung WALDEMARS öppna Bref på Frihet för Wreta kloster, dess gårdar och Landsboer från all Kongl. tunga, och förläning af alla Kongl. utskylderna till klostret.

A. 3. t. 1: 4 **)

U. dei gratia Rex Sweorum. vniuersis presentes Litteras inspecturis infra Regni Swethie terminos constitutis salutem & pacem bonam Cum Regiam deceat maiestatem omnium & precipue religiosorum qui deuote & uoluntarie deo seruiunt necessitatibus compati. Notum sit omnibus quod claustrum dominarum de wretis & omnes earum mansiones necnon & incollas ab omni regio grauamine liberas esse concedimus. Necnon & exactiones Regias Domine priorisse eiusdem Loci ordinacioni relinquimus exequendas. Ne igitur supra hoc sinistra possit haberi suspicio uel aliquid dubium. Litteras presentes sigilli nostri Munimine confirmamus. Datum bobiærgh. Anno domini. M°.CC°.L°.X°. kal. Octobris.

379.

1250 d. 1 Dec.

Lyon.

Påfv. INNOCENTIUS IV:s öppna Bref på 40 dagars aflat för dem, som lennade bidrag till den afbrända Upsala Domkyrkas återuppbyggande.

B. 2: 214.

Indulgencia upsalensi ecclesie XL dies ad fabricam. innocencii quarti.

INNOCENCIUS episcopus seruus seruorum dej vniuersis christi fidelibus per regnum swecie constitutis salutem & apostolicam benedictionem

*) Tidsbestämmelsen är tvetydig, helst den äfven kan beteckna d. 1 Oct. 1260.

**) Efter en vidimation af Bisk. HENRIC i Linköping d. 28 Apr. 1262.